

Hinc plura Reformatorum divortia Zwinglius in Comment. in h. I.
f. 475. quærit in copula, τὸ EST exponendo per significat, adumbrat.
Maccovius in Theol. polem. p. 148. convenientius statuit tropum lo-
cari in copula, quam Prædicato, & in Loc. comm. Cap. 80. p. 838.
inquit: signum est panis & vinum: Res signata est corpus Christi,
non quoc. modo consideratum, sed traditum pro nobis in mortem,
is. Sangvis Christi non quoc. modo consideratus, sed effusus in
Remissionem Peccatorum. Maresius in Syst. brev. Univ. Theol.
L. de Sacram. §. 71. p. 295. Copulam EST, per significat, exponit.
Idem Bergius. vid. Stereoma Calovij contra Bergium p. 161. it. Wcn-
delinus in Theol. Christ. lib. 1. cap. 23 Th. 8. 1. 5. Oecolompadius
vero, Calvinus, Beza, & alii recurrent ad prædicatum Corpus, San-
gnis, pro illis substituendo τὸ Figura, Symbolum, Efficacia, signum, ut
seos sit: Hoc est figura, symbolum &c. Corporis mei. CL Witsius
d.l. quo huic sententiæ opitularetur, ad Antiquitatem judaicam cum
aliis decurrat, ac phrases Judæorum Paschales evolvit, quod panem
paschalem manducando recitarint hæc: **הָא לְחַמֶּת רֹעֲנִי** *Hic*
(est) panis (ille) afflictionis, quem Patres nostri comedenterunt in Terra
Ægypti, quin ijdem Judæi agnum assūm vocaverint **גּוּפֵן שְׁלֵמָה פֶּסְחָה**
Corpus Paschatis, certumque sit eos panem illum non aliter respe-
xisse, quam quod Symbolum esset ac memoriale illius panis, quo o-
lim in Ægypto pasti erant ipsorum Majores; Indeque porro infert
Panem S. Cœnæ eadem prorsus ratione nuncupari Corpus Christi, eo
quod sit corporis illius Symbolum, non rerum post futuratum, non
typicæ liberationis, sed quod sit ipsum τὸ σῶμα Christi, h.e. ipsa rerum
jam factarum & solidæ ac æternæ liberationis quasi substantia Col. 2,
14. Alij ad totam Enunciationem tropum hunc referunt. Fort. Crel-
lius I. 2. Log. cap. 23. Keckerm. & alii.

§. 13. At enim, non est discedendum à proprietate verborum,
nisi cogat necessitas, & absurditas inde illata; articuli etiam fidei in
propria fede secundum proprietatem verborum sunt intelligendi;
Differentia quoque Sacramentorum V. & N. T. non admittit, ut u-
traque confundantur, sed ut priorum est significare, adumbrare, ita-
horum s. posteriorum est offerre τὸ σῶμα τὸ χριστός Col. 2. 17.; i-
psum etiam corpus ac sangvis Christi ita describuntur, ut nunquam
pro signo ac Symbolo corporis ac sanguinis Christi haberi queant, v.g.
esse